UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Odium proximi

urn:nbn:de:hbz:466:1-51314

Visual Library

ODIVM PROXIMI PVNITVR.

SAulem Spiritus malus ob odium proximi & inuidiam inuaſit. De odio & vindictę cupiditate 4. exempla ſuppeditat Liſiardus Epicopus in vita S. Arnulphi c. 24. & 38. & 41. & 42. apud Sur. menſe Aug.

1. Reg. 16. v. 14.
Alex. ab Alex c. 19. li. 4 Gē. dies.

POENAE PARENTVM MALE Educantium ſuam prolem.

SEVERI Imp. filius Antoninus ſi quando in pueritia feris obiectos damnatos vidit, fleuit, aut oculos auertit. Septennis puer cum colluſorem ſuum puerum ob iudaicam religionem grauius verberatum audiſſet, neque patrem ſuum, neq; patrem pueri, vel auctores verberū diu reſpexit. Hæc Spartianus qui per judaicā religionem ſignificauit Chriſtianam fidem, vt patet ex Tertulliano. Accidiſſe enim exiſtimo, ait Baronius anno Chr. 213. vt cum Antoninus lacte Chriſtiano educaretur, colluſorem æque habuerit Chriſtianum puerulum, eundemq; collactaneum atque Euodi educatoris filium, quem tamen, quod Chriſtianam religionem inter iocos (vt pueri ſolent) Antonino vt acciperet ſuaderet, Seuerus & pater pueri Euodius, ipſe educator, acriter verberari iuſſerunt. Sed ob indignum facinus æqua lance eſt penſata vindicta, nimirū, vt Pater eum virum jam factū ſenſerit cōtumacem, quem puerulum à pijs ſanctiſque

1. ad Scapul. c. 4.
Paternis monitis cum è puero exce-